PIIS MANIBUS.
VIRI
SPECTABILIS ET PRUDENTISSIMI,
DOMINI
VALENTINI TAEUBERI,
SCABINI
IN VET. CIVITATE THORUNENSI.
ANNO MDCCXVII.
d. XXIV. FEBR.
SOLENNI RITU CONDITIS.
S.

THORUNII
Impressit Ioh. Nicolai NOB. SENAT. & GYMN. Typographus.

Epitaphium.

CVRIOSE LECTOR!

QVID INTER MORTVOS? MORTALIS IPSE.
QVIESCIT HIC, ITINERE FESSVS,

VALENTINUS TAEUBER.

AB INFANTIA, AD SENIVM VALIDVS,
QVI IN TERRIS DESIIT VALERE,
QVO PLUS IN COELIS VALERET.
HONORES TVLIT, QVOS PATRIA CONTVLIT
VSQVE AD IVSTITIAE SACERDOTIVM.
VITAE GENERE,
MERCVRII SECTAM SEQVVTVS
SINE HAERESI,
ET, QVOD HOC DIFFICILI TEMPORE
TAM RARVM, QVAM DIFFICILE,
NVLLA FECIT NOMINA.
SED VERI DEI SACRA TAM SANCTE COLVIT,
VT NOMEN PII, INTER PIOS RELIQVERIT.
CETERVM;
PER VITAM INTEGRAM, INTEGER MORIBVS
HINC, QVO NIHIL FERE INTEGRVM SECVLO
EO MAGIS DESIDERANDVS.
VERBO:
VT MORIENS VIVERET,
VIXIT VT MORITVRVS.
BONVS FVIT, SED FVIT,
SICVT NEC TV ERIS, QVOD ES.
DENIQVE
MORTVVS EST DIEBVS,
QVIBVS EXPEDIT MORTVVM ESSE.
CAVSAM QVAERIS?
CRAS SCIES.
HODIE ILLI BENE PRECARE,
SIC TIBI SEMPER POSTERITAS.

P.

IO. ARNDIUS

GYMN. THOR. PROFES.